

1360 v. 23 Aprilis

ma

Ex Michenia Mahurkai. fol. 287.

13.

Erectio Ecclesie Sempelborgensis in territorio Laturkensis
per Hectorem Ostrorogum de Lakosze. et Vastum Cen. Pres. S. Jo.
Prepositum.

Noverint quibus expedit universi: ut cum inter nos videlicet hec-
torem de Lakosze et Vastum Prepositum Domus S. Joannis
prope Gnesnam pro gradibus Civitatis nostre Sempelborg. et la-
ci hereditatis Dückowa legitimo litigio judicialiter vertes-
set omnipotentis autem DEI voluntate comprædicto Do-
mino concordia facta est gratuita, sub hac forma: quod in
lacu prædicto quod nostre adjacet Civitati videlicet Gades
seu Granicies ad Partem nostram idem Prepositus vel
sui successores tenebit et primam tracturam piscium
in glacie habebit. Demum nos ipse quandoocunque
et quotiescunque piscari aut trahere voluerit piscatio-
nem exercebit. Nos vero huic placide concordie bona
animi nostri deliberatione annuentes et sanam ani-
ma nostra providentiam facientes: eandem heredita-
tem nostræ Civitati adjacentem Domus S. Joannis
jam tacta prout potuerimus ab omnibus vexa-
tionibus et injuriis tanquam nostram defendemus
et Ecclesiam ad honorem DEI in nostra Civitate
erectam. cui octo mansos cum quatuor hortis
perpetuo addidimus, fratriq; quem Pronomina-
tus Prepositus statuerit, regimen et possessionem
committimus. Gratam igitur et ratam hanc con-
cordiam habentes, presentem paginam memo-
rie sub nostri sigilli robore fecimus scribi: ac
ad majoris testimonij evidentiam, sigillis Do-
minor, scilicet Fratris nostri Alberti Palatini,
Stanislai Judicis Cujavien. testimonio roborari
Actum Gnesne in Crastino Sancti Adal-
berti Martiris. His etiam presentibus testib;,
nobilibus videlicet: Praepto Palatino Calisiensi,
Nicolao Judice Posnaniensi, Voivtao Dicto
Cluny Vice capitaneo: et ceteris fide dignis: Anno
Domini. 1360. ~ 1360.

